



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab initio Pontificatus usque ad
Annum 1746

Luxemburgi, 1752

Pontif. Anno IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74696](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74696)

1743.

capite, etiam in corpore juris clauso, ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam vocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis Oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse; sed ipas praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedis Nuntios, aliosque quoslibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere; ac irritum & inane, si seculo super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus iis omnibus, quae in saepe memoratis nostris Literis volumus non obtinere, ceterisque contrariis quibuscumque.

Aliter iudicari prohibet, irritans &c.

Transumptis fidem haberi decernit.

Ministorum delectum, & in officio obsequendo vigilantiam Episcopis commendat.

§. 19. Volumus denique, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae adhiberetur eisdem praesentibus, si forent exhibitae vel ostensa.

§. 20. Ceterum Fraternalitates Vestras in partem Pontificiae sollicitudinis nostrae advocantes, rogamus, & quibus maximis possumus, Apostolicis exhortationibus excitamus, ut singulos Curiarum vestrarum Ministros, & Officiales, pietatis, probitatis, doctrinae, prudentiae, aliarumque Christianarum virtutum laude praestantiores, & diuturna experientia commendatos, semper ea, quae opus est, diligentia exquirere, & scilicet studeatis; atque iisdem districte mandetis, ut ministerium suum quisque integerrime obire satagat; nec interea Vos de assidua vigilantia vestra quidquam omitatis; considerantes, & gravissimam Pastorum Principi Jesu Christo de procuracione Gregis Vobis crediti rationem esse reddendam, & aeternam mercedem in Caelis propositam iis, qui legitime certaverint, esse retribuendam. Nos interim ad prosperum successum auspiciam, & ad Coelestium Charismatum copiam promerendam, Fraternalitibus Vestris Apostolicam Benedictionem peramanter imperitumur.

Dat. die 18. Maji 1743.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Maji 1743. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

D. Cardinalis Passionensis.

LXXXVI.

Militiae Hierosolymitanae, & Incolis Insularum ipsius Ditioni subjectarum, plura Indulta conceduntur, ad formam Bullae, quae dicitur *Cruciata*.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium a laudibus Or-

QUONIAM inter Militares Ordines, quibus Catholicam Religionem juvari, & ab Ini-

miciis strenue defendendi gaudemus, Hierosolymitanus insignem retinet locum: Is enim pro Christi gloria, & contra perditissimos Mahumetanae labe infectos homines summa contentione pugnavit; Christianas Regiones ab illorum incursionibus totis viribus assidue tuetur: Milites quoque, qui in eum recipiuntur, probata generis Nobilitate pollentes, ut alacrius in armorum exercitatione proficiant, promptioresque, & aptiores ad labores suscipiendos reddantur, domesticis relictis commodis, a nuptiis se abstinent, ac perpetuam vovent castitatem: Propterea Nos, Divinae gratiae munere in suprema Beati Petri Sede collocati, erga praclarum, & de Ecclesia, ac Sede praedicta optime meritum Ordinem praecipuum Pontificiae benevolentiae significationem proderet cupientes, illum non solum peculiarium privilegiorum largitione ornare, sed etiam, in ejus necessitatibus, auxiliis prosequi ducimus oportunitis.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Militia Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, ex sui Instituto, bellum adversus communem Christiani nominis Hostem incessanter, non aliquo tantum temporis spatio, nec aliquibus ad id impellentibus controversiis, sed perpetuo, totoque anni tempore gerat, ac in eum finem muatissimas, & bellico apparatu, omnique machinarum genere instructissimas Classes compareret, illasque a Dilectis Filiis Fratribus Militibus dictae Militiae rei maritimae peritissimis directas, pro necessitate temporum huc illic convertens, Mare Mediterraneum a Barbaris Praedonibus, & Piratis, in Mercatorum, ac iter facientium commodum, & securitatem, longe lateque tutum reddat; praetereaque, ex eodem Instituto, infirmorum curam in Xenodochiis exerceat, ac praemissa omnia, cum magna Christianae Reipublicae utilitate, & decore, huc usque laudabiliter adimpleverit, & executi fuerit; & ob id, ac etiam ob subsidia aliquoties Catholicis Principibus arma contra Inimicos Crucis Christi gestantibus data, ingentes, & penae innumeras pecuniarum summas infumpserit; ac communis Aerae dictae Militiae redditibus, qui omnes in praedictorum Operum adimplementum erogantur, ad tam gravia onera supportanda imparibus existentibus, magnam vim aeris alieni, certis annuis responsionibus sub certis rationibus perfolvendis subjecti, tam Romae, quam Genuae, & alibi contrahere coacta fuerit; & dudum ultimo Hungarico contra communem hostem praedictum gliscente bello, ex eo quod auxiliares electae copiae, experti Nautae, & tormentorum bellicorum Magistri, tunc per eandem Militiam in Hungaria Regnum suppetias missi, penae omnes perierant, plurimum annuarum praestacionum favore Familiarum illorum qui tunc obierant, in tanta Calamitatis levamen, distributum, & infimul annuam summam octo millium scutorum excedentium (quae aliqua in parte fructu adhuc durat) oneri se subjecerit: Propterea eadem Militiam debitorum proprias vires excedentium pondere gravata existente, nec a suis Commendis, quae Militibus Commendatoribus ejusdem Militiae ex eis alimoniam percepturis, ac culturam bonorum; ac certorum onerum adimplementum, & praecipua dictae Militiae munera executuris, & subituris, quorum decedentium, & in bonis habentium spolia ad dictum commune Aerae spectant, conceduntur, ex quibus jam viginti duo cum dimidio pro quolibet Centenario reddituum illarum, communi Aerae praedictae quotannis perfolvuntur, ulum aliud tam urgentibus indigentis sublevandis aptum subsidium capiendi spe affulgente; bo. mem. Raymundus Despuig, tunc dum viveret, dictae Militiae Magnus Magister, alias fel. rec. Clementi PP. XII. Praedecessori Nostro

1743. dnis Militaris S. Jo. Hierosol.

Illius onus duplex, Bellum Sacrum, & Infirmorum cura.

Quibus sustinendis ingentes sumptus impendit, & as alienum contractum.

Absque spe levaminis ex redditibus ipsius Militiae.

Preces oblat. Clementi PP. XII.



demissas preces pro reparatione omnium Indulgentiarum, ab Apostolica Sede, ob graves, & defensionem, ac propagationem dictae Religionis importantes rationes, alibi concessorum, pro duarum, praedictae Militiae ditioni, & dominio subiectarum, Insularum, nempe Melitae, & Gotii Incolis, detulerit; dictusque Clemens Praedecessor peculiari nonnullorum S. R. E. Cardinalium Congregationi ad id per eum tunc deputatae preces huiusmodi remiserit, & Congregatio praefata illas, ac omnia, & singula nomine dicti Raymundi Magni Magistri, ac Consilii praedictae Militiae tunc allata maturè perpendens, rem tunc differre censuerit.

Item SSmo Domino No-
stro.

§. 2. Ac deinde praedicto Clemente Praedecessore ab hac luce sublato, dilectus Filius Nobilis Vir Emanuel Pinto modernus dictae Militiae Magnus Magister, qui, sicut Nobis innouit, post varia praedictae Militiae munera per eum laudabiliter & summa omnium commendatione gesta, eximiiis praeter ceteris virtutibus praeditus, suis ita exigentibus meritis, eidem Militiae Praefectus, ex quo amplissimam Dignitatem assecutus fuit, omnem diligentiam, & curam in promovendo Instituto praedicto viriliter conferre non desistit, praefatum negotium accuratius sibi assumendum ducens; secumque reputans equiores urgentioresque causas pro elargitione Indulgentiarum respectu praedictae Militiae, quam aliorum Christianorum Principum, ratione praedicti Instituti, reperiri; Dilecto Filio Joanni Ludovico de Guerin de Tençin dictae Militiae Bajulivo, & alias Triremium Generali Praefecto, nunc apud Nos, & Sedem praedictam pro eadem Militiae Oratori, easdem preces, quae antea optatum effectum minime sortita fuerant iterum repetendas, ac Nobis solo Dei nutu ad summi Apostolatus Apicem evectis, ferventius porrigendas commiserit; & praedictus Joannes Ludovicus, qui ob egregias, nobilesque animi sui dotes, atque in rebus etiam gravioribus gerendis praestantem peritiam, Nobis apprime acceptus & gratus existit, commisso sibi negotio totis viribus incumbens, pro ope, praevia dictorum Indulgentiarum impetratione, eidem Militiae opportune ferenda, ferventer insteterit: Cumque, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dicti Emanuelis Magni Magistri petitio continebat, Militiae praedictae, nisi ei aliquod congruum subsidium per Nos, & Sedem praedictam prompte feratur, onera sibi, ut praefertur, incumbentia, & in vim Instituti praedicti per eam sufferri solita, non sine gravi Christianifidelium incommodo & detrimento, diu sufferre nequeat; Et, sicut eadem petitio subijungebat, si saltem infra scripta privilegia, & Indulta universis Christianifidelibus in duabus Insulis praedictis, illarumque adjacentis commorantibus, ut infra, concederentur, & impartirentur, ex hoc profecto Christianifideles huiusmodi, spe assuetudinis spiritualium bonorum permoti, ad Eleemosynas communi Erario praedicto conferendas allicerentur, & adducerentur, & eadem Militiae subsidia, quibus valeret Institutum praedictum explere, perciperet: Quare pro parte ejusdem Emanuelis Magni Magistri Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus felici, & profepo dictae Militiae profectui in prosecutione praedictorum piorum operum, aliisque permisis, opportunè consulere de benignitate Apostolica dignemur.

Pontifex po-
stulatis an-
nuens, ad se-
xennium co-
cedit, ut
infra.

§. 3. Nos igitur, qui Viris nobilibus, virtute, & Religione praecellentibus, qui dum pro Christianae Reipublicae defensione labores, & pericula subeunt, debitam erga dictam Sedem Apostolicam reverentiam adhibere non omitunt, in eorum indigentis adjuvantes porrigimus manus; &, ne difficultate rei pecuniaria a proposito commendabilium suarum exercitationum studio retardentur, libenti animo occurrimus;

eundem Emanuelem Magnum Magistrum, ejusdemque militiae Milites, specialibus favoribus, & gratis profectui volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, praesentibus Nostri Apostolicis Litteris, ac omnibus, & singulis facultatibus, & indulgentiis, & gratis in eis contentis, ad sexennium, a die primae praesentium publicationis, ut infra, faciendae inchoandum, & non amplius, nec ulterius valituris;

§. 4. I. Magno Magistro dictae Militiae, expeditionibus contra Turcas, & Infideles assidua cura & diligentia incumbenti, necnon omnibus, & singulis utriusque sexus Christianifidelibus in una, & altera Insulis, illarumque adjacentiis, dominio dictae Militiae, ut praefertur, subiectis, commorantibus, & ad illas declinantiibus, qui intra annum, a die publicationis earundem praesentium in locis dictarum duarum Insularum, ubi liberit, faciendae inchoandum, fidei zelo moti, ad Classes, aut ad quaelibet Navigia, a Militia praedicta contra Turcas, & Infideles huiusmodi quomodolibet instruta, seu alias ad Copias per Militiam praedictam collectas, pugnaturi, aut aliud genus servitii, five Terra, five Mari gratis facturi accesserint, & in uno, seu pluribus Navigiis, aut ubicumque locorum, juxta Ordinationem a dicta Militia faciendam, per eundem annum permanerint, vel etiam si morte praeventi integrum annum non expleverint, aut propter infirmitatem, seu aliam supervenientem necessitatem, inde recesserint; vel qui propriis expensis, pro modo facultatum, unam, seu plures personas per dictum integrum annum, ut praefertur, pugnaturas, aut servitium praedictum praestituras miserint; necnon iis, qui ne ibunt, nec mittent, si tamen infra dictum annum aliquam Eleemosinam in causam praedictam tantum, & non in alios etiam pios usus convertendam, juxta facultatem, & qualitatem personarum, ad arbitrium infra scripti Prioris, seu Presbyteri a dicto Magistro, ut infra, nominandi, seu designandi, spontè contulerint; Capitulis quoque Ecclesiarum, Monasteriorum, & Locorum etiam Regularium, & cujusvis Ordinis Mendicantium, tam Masculorum, quam Foeminarum, si pro decem personis eorumdem Capitulum, & Locorum, praecedente Capitulari, seu Conventuali deliberatione, unam personam pro effectu praemisso etiam miserint, aut pro eadem persona stipendium pro dicto integro anno contribuerint; illis pariter, qui, ut praefertur, missi fuerint, si Pauperes extiterint: Praetereaque etiam Clericis, seu Presbyteris saecularibus, qui a suis Ordinariis, & Regularibus, qui a suis Superioribus respectivè licentiam habentes, Verbum Dei Militibus, sub vexillo dictae Militiae adscriptis, aliisque personis inibi inservientibus praedicaverint, illorumque sacramentales Confessiones audierint, seu Missa Sacrificium celebraverint, aut alia Ecclesiastica, & pia Ministeria exercuerint, (quibus, saecularia, vel Regularia Beneficia obtinentibus, beneficiorum huiusmodi, exceptis illis dumtaxat, quae Curam animarum annexam habeant, servitium per idoneos Vicarios interim praestari concedimus), respectivè verè poenitentibus, & confessis, aut si non valeant confiteri, id corde desiderantibus, Plenariam omnium, & singulorum suorum peccatorum Indulgentiam, & Remissionem, quae proficiscentibus ad recuperationem Terrae Sanctae, quaeque in anno Jubilei concedi consuevit, quam etiam simili modo lucrari valeant praedicti Fideles omnes, & singuli, qui forsitan non expleto anno ab hac luce migraverint, Apostolica auctoritate, earundem tenore praesentium, concedimus, & elargimur.

§. 5. II. Omnibus quoque, & singulis Christianifidelibus praedictis, ut ipsi dicto anno durante, possint, in Ecclesiis, in quibus alias Divina

I. Indulgentiam Plenariam in forma Jubilei &c. cunctibus infra annum ad expeditionem contra Infideles cum Classe, aut Corijs Militiae Hierosol.

Item mittentibus propriis expensis unam, aut plures personas.

Aut Eleemosinam in hunc finem conferentibus.

Capitulis quoque Ecclesiarum, & Regularibus, mittentibus, aut contribuentibus, ut supra.

Ipssique ad expeditionem missis; necnon Divina peragentibus in Calceis &c.

II. Praedictis omnibus concedit, ut Missas Inter-

1743.
dicitur tempore, celebrari facere possunt.

Et durante Interdicto, Sacramenta sumere, & Ecclesiastica sepultura gaudere.

III. Lacticiis vesca diebus prohibitis. Carnibus quoque, in casu necessi.

Servata tamen lege Jejunii.

IV. Indulgentias Stationum Urbis, ubique lucrari valeant.

V. Et Confessarium sibi eligere semel in vita & in articulo mortis, cum facultate absolventi a se reserv.

Officia interdicto durante quomodolibet celebrare permittuntur, vel in privato Oratorio ad Divinum Cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando, & designando, etiam tempore Interdicti, cui ipsi causam non dederint, vel per eos non steterit, quominus amoveatur, & illi, qui facultatem ad id ab infra scripto Priore, seu Presbytero deputando aliam habuerint, etiam per horam antequam illucescat dies, & per horam post meridiem, in sua, ac Familiarium, & Domesticorum, ac Consanguineorum suorum presentia, Missas, & alia Divina Officia, per se ipsos, si Presbyteri fuerint, vel per alium, celebrari facere, & tempore Interdicti illis interesse, clausis januis, & non pulsatis Campanis, & excommunicatis, ac specialiter Interdictis exclusis; Ita tamen, ut, si privato Oratorio ad praemissa uti voluerint, quoties id fecerint, aliquas preces Deo pro unione Principum Christianorum contra Infideles, eorumque contra eisdem victoria fundere teneantur: necnon durante huiusmodi interdicto, Eucharistiam, & alia Sacramenta in dictis Ecclesiis, vel Oratorio, praeterquam in die Paschatis, recipere, ipsorumque Christianifidelium, tempore interdicti huiusmodi decedentium, Corpora, (nisi forte vinculo excommunicationis innodati decesserint) cum moderata funerali pompa sepeliri valeant.

§. 6. III. Et insuper ut tam quadragesimalibus, quam aliis anni temporibus, & diebus, quibus esus carni, ovorum, casei, butyri, & aliorum lacticiniorum prohibitus fuerit, eisdem ovis, caseo, butyro, & aliis lacticiis, ac etiam, si necessitas, vel infirma Corporis valetudo, ac alia quaecumque indigentia exegerit, carnis, de utriusque Medici consilio, exceptis tantum diebus majoris Hebdomadae, die Cinerum, seu Feria quarta in capite Jejunii, Vigiliis Natalis Domini Nostri Jesu Christi, Pentecostes, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, Assumptionis Beatae Mariae Virginis, Nativitatis Sancti Joannis Baptistae, & quatuor temporum, uti, & vesca; servata tamen lege Jejunii per unicam commensationem, aliisque contentis in Nostri Litteris novissimè emanatis, sub Datum Romae die trigesima Mensis Maji Anno MDCCXXI., quibus nulloatenus per has praesentes intendimus derogare, respectivè, liberè, & licitè omnes Christianifideles supradicti, praeter personas tamen Regulares non Militares, possint, & valeant, eadem Apostolica auctoritate concedimus, & indulgemus.

§. 7. IV. Item eisdem Christianifidelibus dicto anno durante, in singulis diebus Stationum Almae Urbis nostrae quinque Ecclesias, seu Altaria, aut in illorum defectum, quinquies unum & idem Altare, Monialibus verò cujusvis Ordinis, & Instituti Regularis existentibus, ac Mulieribus, & Puellis in quibusvis Monasteriis, seu Conventuibus degentibus, si forte Ecclesias non habuerint, Cappellas ab earum legitimis Superioribus designandas respectivè devote visitantibus, & in eis piis ad Deum preces pro supradicta unione, & victoria effundentibus, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes, alias Ecclesiis tam intra, quam extra moenia praedictae Urbis, ad quas dictae Stationes fixae existunt, concessas, eadem Apostolica auctoritate misericorditer in Domino concedimus. Quas tam pro se, quam pro Defunctis, pro quibus visitaverint, consequi valeant.

§. 8. V. Et insuper eisdem Christianifidelibus, quod ipsi sibi, hoc est semel in eorum vita, & semel in mortis articulo, possint sibi eligere Confessarium ex approbatis ab Ordinario Loci, qui eos a quibuscumque peccatis, & Censuris, etiam Sedi Apostolicae reservatis, absolvere liberè, & licitè valeat; quod tamen Indultum

eligendi Confessarium, & absolventi a reservatis, non habere locum cum Regularibus utriusque sexus quorumcumque Ordinum, Congregationum, Societasque, & Instituti, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, non tamen Militum Militariae huiusmodi, perpetuò declaramus, inhaerentes aliis huius Sanctae Sedis, & plurium Praedecessorum Nostrorum, praesertim Clementis VIII., & Urbani VIII. circa Bullae Cruciatæ, ac similia Indulta, perpetuis futuris declarationibus. Quodque ipsis per eundem Confessarium vota qualibet simplicia per eos emissa, exceptis Religionis, Castitatis, ac Ultramarino, & Visitationis Limum Apostolorum, in alia Pia Opera ritè commutari possunt, ac valeant, concedimus, & elargimur.

§. 9. VI. Præterea, ut iidem Christianifideles, non tantum semel, sed bis singulo quoque anno, quo harum gratiarum, seu facultatum summarium sumperint, tam pro se, quam per modum Suffragii pro Animabus in Purgatorio detentis, Indulgentias, Concessiones, Gratias, & Indulta praedicta consequi, eisque infra eundem annum bis, uti, & potiri, ac dictorum bonorum spiritualium participes fieri valeant, in Domino pariter concedimus.

§. 10. VII. Ulterius eidem Priori, seu praedicto Presbytero, ut infra, deputato, quod ipse super irregularitate cum his, qui, Ecclesiasticis Censuris ligati, Missas, & alia Divina Officia (non tamen in contemptum Clavium) celebraverint, aut alias se Divinis immiscuerint, & super alia qualibet Irregularitate ex delicto proveniente; dummodo tamen irregularitas huiusmodi ex quovis homicidio, sive opera, sive consilio, & prava insinuatione perpetrato, aut simonia, vel apostasia a Fide, aut haeresi, vel a mala Ordinum susceptione, seu ex alio delicto scandalum in populo generante, non provenierit; & dummodo quis in irregularitate huiusmodi per sex Menses non inforduerit, cum retentione Beneficiorum forsitan sub eiusmodi irregularitate receptorum, non tamen Curam Animarum annexam habentium, nec Dignitatum in Cathedralibus, & Collegiatis, neque Canonicatum in eisdem Cathedralibus Ecclesiis existentium, & fructuum ex eisdem Beneficiis non exceptis receptorum compositione, in subsidium praedictarum expeditionum impendenda, & infamiae, ac inhabilitatis exinde provenientis abolitione, & executione Ordinum, non male receptorum, dispensare.

§. 11. VIII. Item quod cum personis nobilibus, & quæ, juxta ipsius Prioris, seu Presbyteri, ut infra, deputandi praedicti, arbitrium, qualificata fuerint, ut Missas per horam ante lucem, ac per horam post Meridiem audire, & celebrari facere valeant, indulgere.

§. 12. IX. Quodque illos Clericos, seu Presbyteros, qui ad restitutionem fructuum Beneficiorum simplicium tantum, non tamen personalem residentiam requirentium, neque Curam Animarum annexam habentium, ex omissione recitationis Horarum Canonicarum, tenebuntur, ad congruam compositionem super eisdem fructibus dictae restitutioni subjectis, erogandam pro medietate Ecclesiis, vel aliis locis, quarum, vel quorum ratione Horas praedictas recitare debent, & pro altera medietate in causam expeditionum huiusmodi, admittere.

§. 13. X. Et insuper quod super injustè ablati, seu acquisiti, quando domini, quibus restitutio faciendae esset, post debitam diligentiam pro iisdem inveniendis adhibitam, reperiri non possunt, & praestito per debitores juramento de huiusmodi diligentia per eos facta, competenter componere, itaut Debitores pro foro Conscientiae liberari possint, dummodo tamen iidem Debitores in confidentiam, & sub spe

Et commutandi Vota simplicia.

VI. Ut accipientes summarium harum gratiarum, praemissas Indulgentias, & concessionibus bis quolibet Anno lucrantur.

VII. Facultates quoad abolitionem ab Irregularitate.

VIII. Nobiles, & qualificatae personae Missam ante lucem, & post meridiem celebrari facere possint.

IX. Facultas componendi cum Beneficiis super fructibus restitutionis.

Compositiones quomodo erogandae.

X. De injustè acquisitis, seu ablati.

hujus compositionis illa non abstulerint, seu acquiſiverint, & ita ut hujusmodi compositio erogari in ſubventionem prædictarum expeditionum debeat, liberè, & licitè poſſit, & valeat, auctoritate Apoſtolica facultatem tribuimus, & impartimur.

Commiſſarius pro executione a M. Magiſtro deputandus, & a Sancta Sede confirmandus.

§. 14. Demum ut præſentes Litteræ ſuum plenum ſortiantur effectum, & Facultates, Conceſſiones, Indulta, Elargitiones, & Indulgentiæ, aliæque præmiſſa, debita executioni demandentur, ac ex eis prædicta Militia conveniens, & in cauſam expeditionum hujusmodi omnino, ut præfertur, convertendum emolumentum percipere valeat, nunc, & tempore dicti ſexennii exiſtens prædicta Militia Magnus Magiſter, (cui Nos neceſſarias, & opportunas ad infraſcriptam nominationem liberè, ut infra, exercendam facultates earumdem tenore præſentium tribuimus,) Priorem Conventus Hospitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani Melitæ exiſtens, ſeu, quatenus ipſe Magnus Magiſter ex rationabilibus cauſis magis convenire putaverit, aliquem ex Presbyteris Conventualibus dictæ Militiæ nominare curabit; Et, ſi, durante prædicto ſexennio nominationem per eum factam, etiam rationabilibus cauſis urgentibus, variare duxerit, alterum ex Priore, ſeu Presbyteris Conventualibus prædictis iterum nominabit; Nos enim ex nunc perſonam per eum prima, aut ſecunda vice, ut præfertur prædictam, & ſucceſſivè Litteris Apoſtolicis ſub Annulo Piſcatoris in forma Brevis ſuper hujusmodi nominationis confirmatione, totiès, quotiès nominari contigerit, deſuper expediendis, muniendam, in præcipuum Executorem, ſeu Commiſſarium earumdem præſentium; Itaut ipſa perſona hujusmodi dictas præſentes, etiam in vernaculam Linguam convertere, ſeu in Compendium, convenienti addito proœmio, reducere, illaſque, & in eis contenta prædicta, aut compendium hujusmodi, in quibuſlibet dictarum duarum Inſularum, illarumque adjacentium locis, ubi magis libuerit, viva voce, ſeu ſcriptis, aut typis impreſſis exemplis, publicare, & enunciare, ac Eleemofynas in Cauſam expeditionum hujusmodi, ut præfertur, contribuendas ad ſui arbitrium, juxta opes, & facultates, ac qualitates perſonarum contribuentium, determinare, & definire: Atque omnia, & ſingula alia, quæ faciliori, & expeditiori executioni earumdem præſentium conferre viſa fuerint, peragere; ac ulterius Depositarium, Ratiocinatorem, alioſque ſimiles Officiales, de conſilio tamen, ac conſenſu Magni Magiſtri pro tempore deſignandos, ſeligere quoque poſſit, & valeat, eadem Apoſtolica auctoritate conſtituimus, & deputamus.

Ejuſdem Commiſſarii Facultates.

Derogatur contrariis.

§. 15. Non obſtantibus Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolice regula de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliſque etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Univerſalibusque Conciliis editis, vel edendis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſvis ſuſpenſionibus, ſeu limitationibus ſimilium conceſſionum, & facultatum per Nos, & Sedem prædictam quomodolibet factis, necnon dictæ Militiæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, ac ordinationibus Capitularibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis eidem Militiæ, ejuſque Magno Magiſtro, necnon etiam Conventui, & Fratribus Militibus, ac quibuſvis illorum perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliſque efficacioribus, efficaciffimis, & inſolitis Clauſulis, ac etiam irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, ac aliis in

contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio faciendæ, & habendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores eiſdem præſentibus etiam pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliis in ſuo robore permanſuris, latiffimè, & pleniffimè, ac ſpecialiter, & expreſſè harum ferre derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 16. Volumus autem, quod omnes, & quæcumque Eleemofynæ in cauſam expeditionum hujusmodi quomodocumque, quomodocumque, ac a quibuſvis perſonis contribuendæ, in ſupra expreſſam cauſam tantum impendantur, & non in alios etiam pios uſus, ſub pœna caducitatis, & caſſationis omnium, & ſingulorum Privilegiorum, ac Conceſſionum prædictorum, diſtrahantur, & convertantur.

§. 17. Præterea etiam volumus, quod earumdem præſentium tranſumptis, etiam typis impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem proſus fides in Judicio, & extra illud, adhibeatur, ac ſi illa exhibitæ forent, vel offenſe.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis, elargitionis, indulti, impartitionis, conſtitutionis, deputacionis, derogacionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLIII. 17. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Exedit. per Officium Min. Gratia.

Decreta de Ritibus Græcorum Melchitarum Patriarchatus Antiocheni; de jurisdictione Patriarchæ, & Episcoporum ejuſdem Nationis; deque Monachorum, & Monialium diſciplinâ, in unum collecta promulgantur.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchæ Antiocheno Græcorum Melchitarum, & omnibus ejuſdem Ritus Catholicis Episcopis, eidem Patriarchæ ſubjectis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DEMANDATAM calitè humilitati Noſtræ omnium Eccleſiarum curam ſubeuntes, ſub ipſum initium Pontificatus Noſtri, per encyclicas Litteras datas die 3. Decemb. anni 1740. ad Venerabiles Fratres, Patriarchas, Primateſ, Archiepiſcopos, & Episcopos per univerſum terrarum Orbem regentes Eccleſiam Dei, inter cæteros animi noſtri ſenſus, quos illis manifeſtos eſſe volumus, eoſdem etiam omnes hortati ſumus, ut quibuſcumque in rebus, ad Catholicæ Fidei, diſciplinæque conſervationem & incrementum pertinentibus, Noſtram atque hujus Sanctæ Sedis auctoritatem & opem ſibi, ſuiſque Eccleſiis neceſſariam contingeret, de iis ad Nos cum omni fiducia referre non dubitarent; atque omnibus illis ea adjuvamenta polliciti ſumus, quæ ab Apoſtolica ſuprema Potestate

Eleemofynæ in uſum expeditionum tantum erogandæ.

Fides præſtanda tranſumptis.

Sanctio poenalis.

Dat. die 16. Decembris 1743.

LXXXVII.

Pontificis cura de ſtatu omnium Eccleſiarum.

Nobis

Nobis concedita, & ab ea sollicitudine, quae nostrum Pastorale decet officium, inferiorum Ecclesiarum Praelatis asseri maxime convenit. Hac autem à Nobis universo Episcoporum cœtui publicè promissa eum semper huc usque omni cura, & vigilantia, in mediis etiam difficillimorum temporum perturbationibus, Domino vires subministrante, effectu complere studuerimus; atque iis omnibus, qui hortationibus nostris excitari, de suis, suarumque Ecclesiarum rebus ad Nos adierunt, ea omnia præsterimus, quæ tum ad propriam ipsorum, tum ad animarum ipsius subditorum incolumitatem, atque utilitatem conducere iudicavimus; Minimè quidem negligendum esse censuimus recursum, quem de rebus non parvi momenti, & aliàs ad fel. rec. Prædecessores Nostros Benedictum XIII., & Clementem XII., & nuper ad Nos ipsos habuerat Ven. Frater Cyrillus Patriarcha Antiochenus; qui, ardenti zelo erga Fidei, & disciplina puritatem, atque animarum salutem impulsus, pro quo etiam illustres labores extant, & magna pericula adiisse dignoscitur, complura dubia in sua, aliarumque Ecclesiarum sibi subiectarum regimine incidentia, & varia postulata de rebus, suâ sententiâ, sibi opportunis, ad hujus Apostolicæ Sedis iudicium, more Majorum, detulerat; ut suprema Romani Pontificis auctoritate, & omnis dubitationum ambiguitas, errorumque tolleretur occasio, & Ecclesiastici regiminis ordo, ac tranquillitas, in iis regionibus, ad Populorum salutem providis legibus assereretur.

§. 1. Itaque laudabili, iustoque illius desiderio obsecundare, ejusdemque iteratis precibus, quantum oportune fieri posset, satisfacere cupientes, totam rerum summam longo intervallo jacentem resumpsimus, eamque per nosmetipsos examinare, atque accuratè definire volentes, summo studio, ac diligentia prædicta Dubia, & Postulata singulatim perpendimus; adhibitisque in consilium nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ex eo cœtu delectis, qui Propagandæ Fidei negotiis præfunt, tum etiam aliquibus ex Clero Sæculari, & Regulari gravibus Viris, ac Theologica, & Canonica facultate præstantibus, quos omnes coram Nobis semel, bis, tertio de prædictis rebus sententias suas aperire mandavimus; ea tandem decernere, atque sancire statuimus, quæ per has Litteras Nostras, Vobis, Venerabiles Fratres per universum Antiochiæ Patriarchatum Orthodoxis Græco-Melchitarum Ecclesiarum Episcopis, tenenda, atque observanda, Apostolica auctoritate declaramus; maximam de vobis omnibus in Domino fiduciam habentes, fore, ut Paternæ Nostre erga Vos charitatis, ac studiose de rebus vestris sollicitudini, integrâ, promptâque, ut par est, obedientiâ, atque observantiâ respondeatis.

§. 2. Porro ex dubiis, & postulatis à prælaudato Ven. Fratre Cyrillo Patriarcha propositis, aliqua pertinent ad conservationem Rituum, & Morum Ecclesiæ Græcæ, tum universorum in genere, tum eorum in specie, qui ad juniorum observantiam, & Sacrosancti Missæ Sacrificii celebrationem attinent; Alia versantur circa Jurisdictionem ejusdem Patriarchæ, & Episcoporum ei subjectorum, quam hinc ab Episcopis Maronitis, hinc verò à Missionariis Latinis perturbari asseritur: Nonnulla denique spectant ad Monachorum disciplinam, eorumque legitimam Superioribus subjectionem; tum etiam ad Religiosarum Fœminarum vivendi Regulam, earumque regimen, & tutelam.

§. 3. De Ritibus igitur, & moribus Ecclesiæ Græcæ illud imprimis generatim statuendum decrevimus, nemini licuisse, aut licere, quovis ti-

tulo, & colore, & quacumque auctoritate, aut dignitate, etiamsi Patriarchali, aut Episcopali præfulgeat, quidquam innovare, aut aliquid introducere, quod integram, exactamque eorundem observationem imminuat. Hinc est, quod Euthymii olim Archiepiscopi Tyri, & Sidonis, Viri alioquin Catholici, rei que Christianæ propagandæ studiosissimi, factum, aliàs ab hac Sede Apostolica de anno 1716. improbatum, iterum cogimur reprobare; inductamque ab eo, auctoritate propria, inconsultoque Romano Pontifice, nonnullarum Ecclesiæ Græcæ consuetudinum immutationem, revocamus, atque irritam fuisse, & esse decernimus; omnesque imposte- rum, & singulos Ecclesiæ Græcæ Ritus, & mores à Patribus traditos omnino servari mandamus; specialiter injungentes Ven. Fratri Patriarchæ Antiocheno, ut eorum conservationi diligenter invigilet; ac provideat, ne ulla novitas (unde confusionis, ut plurimum, & scandali occasio) in ipsis introducat: Permittentes solummodò eidem Patriarchæ, & Episcopis Catholicis in propriis Diocæsi- bus facultate corrigendi, atque extirpandi abusus, si quos, aut errore vulgi, aut schismaticorum dolo, sive sæculi vitio inter eos irrepisse compererint; vel etiam aliqua peculiaria pietatis exercitia admittendi, ac probandi, si quæ ad promovendam Fidelium religionem apta, & proficua prouiderent in Domino judicaverint.

§. 4. Huic autem sanctioni generaliter à Nobis prolata consentaneum est, ut illa consuetudines in specie, quæ aliquam mutationem, aut detrimentum subisse feruntur, in pristinum vigorem reducantur, & resituantur.

§. 5. Cum itaque prædictus Cyrillus Patriarcha Antiochenus in quodam Episcoporum consensu de anno 1736. in Monte Libano habito, supra enunciati Euthymii Archiepiscopi exemplum aliqua ex parte sequendum sibi esse duxerit; ignorans verò, ut asseritur, Apostolicæ Sedis Decreta, quæ ad ipsius petitionem anno 1732. prodierant, (& quorum quidem executionem, ab eodem in accipienda suæ Dignitatis confirmatione in genere promissam, pro illius perspecta vitæ, officiique religione, & constanti in hanc Sanctam Sedem observantia, nunquam eum scienter prætermisurum fuisse, in animum inducimus); non solum sibi licere, sed etiam expedire putaverit, receptam Ecclesiæ Græcæ disciplinam circa jejunia immutare: Considerans nempe inopiam complurium suorum subditorum Græco-Melchitarum, desertos Arabum pagos incolentium, ubi ciborum Quadragesimalium maxima est penuria; magnam insuper severitatem, ac diuturnitatem abstinentiarum, quæ in Ecclesiâ Græcâ observantur; ubi nimirum, præter jejunium Quadragesimæ, quod in tota Ecclesiâ Paschalibus Resurrectionis Domini Festis Apostolica institutione præmittitur, similis etiam quadraginta dierum abstinentia Natalitii Christi solemnitati præcedit; tum alia quatuordecim dierum ante Festum Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis observatur; & alia demum ante Festum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, totidem dies complectens, quot à Feria secunda post Octavam Pentecostes ad eorundem Apostolorum Festum intercurrunt: Perpendens etiam relaxationem disciplinæ, quæ per Euthymii decreta jam apud illas Gentes invaluerat, difficile posse ad veterem rigorem revocari: super tribus hujusmodi abstinentiis postremo loco recensitis, quo ad omnes Incolas Pagorum Montanorum, perpetuo dispensans, eas coarctaverit singulas ad unum diem immediatè præcedentem enunciatas solemnitates Natalis Christi, Assumptionis B. Mariæ Virginis, & Martyrii SS. Apostolorum Petri, & Pauli.

Innovationes ab Archiep. Tyri inductas reprobata.

Patriarchæ injungit, ut pro receptarum consuetudinum observantia invigilet. Salva ejusdem, & Episcoporum auctoritate quoad indifferentia.

De aliquibus Ritibus in specie.

De disciplina jejunii perperam immutata.

Abstinentiæ à Græcis servari solite.

Earum reductione à Patriarcha attentata.

Dubia, & postulata à Patriarcha Antiocheno ad Sanctam Sedem referuntur.

Pontifex ea expendit, cum consilio &c. &c., ut infra, decernit.

Questorum partio.

Nihil innovari jubet circa Ritus Eccl. Græcæ in genere.

1743. Factum Patriarchæ annulatur; vetus observantia constablitur.

Confirmantur alie abstinencia Græcorum per annum.

Facultas Patriarchæ conceditur dispensandi cum singulis universitatibus in casibus particularibus.

Unica Missa singulis diebus super quolibet Altari celebranda.

In Quadragesima verò Missa dumtaxat Praefanficatum.

Falsa vulgi opinio corrigenda.

Plura Altaria in unica Ecclesia erigi permittuntur.

Et plures Sacerdotes simul Missam celebrare.

§. 6. Nos hujusmodi innovationem, & abstinentiarum relaxationem, & coarctationem, in nimium detrimentum veteris Græcorum Ecclesiarum disciplinæ vergere judicantes; licet aliquin, deficiente auctoritate Apostolica Sedis, nullius roboris esse dignoscantur; eas tamen auctoritate Nostra expressè revocamus, & nullum effectum imposterum habere, neque ullatenus executioni mandari; sed omnia in pristinum restitui debere, jubemus. Atque insuper in toto tractu Patriarchatus Antiocheni laudabilem consuetudinem à Majoribus derivatam, abstinenti etiam qualibet Feria quarta, & sexta per annum ab esu piscium, quæ ab aliis quoque finitimis Populis ejusdem Græci Ritus exactè custoditur, iudistinctè servari præcipimus.

§. 7. Et nihilominus decreta Congregationis Particularis de Propaganda Fide alias die 22. Januarii anni 1732. de ejusmodi rebus edita, & à prædicto Patriarcha, ut aseritur, ignorata, renovantes, ac Paterno animo commiserantes egestatem Fidelium Incolarum Libani, & Anti-Libani, & inopiam ciborum Quadragesimalium, quæ in plerisque locis illius tractus adesse fertur, ob quam sæpè accidit, ut carnibus, & lacticiis necessariò vesci debeant; indulgendo statuimus, ut, illa remanente etiam quoad illos generali lege de jejunii, & abstinentiis, à qua nemini liceat dispensationem in genere concedere, si tamen aliquando vera, & gravis necessitas urgeat dispensandi cum aliquo cœtu, seu Communitate, facultatem concedimus Ven. Fratri Patriarchæ Antiocheno, ut in singulos tantum annos, quibus eam necessitatem persistere cognoverit, & non aliter nec alio modo, hujusmodi dispensationem singulis Jurisdictionibus concedere possit; Non omittis interim debitis cautionibus, per quas veterum Rituum neglectui, & oblivioni sensim irrepenti occurrì posse, pro suo arbitrio, & prudentia, existimaverit.

§. 8. Simili modo nullam innovationem fieri debere decrevimus in eo, quod respicit celebrationem Sacrosancti Missæ Sacrificii, quod unicum in singulos dies super quolibet Altari offerri, veterum Sanctorum Ecclesiæ Græcæ Patrum præcepto, & consuetudine traditum est; proptereaque minimè indulgendum censuimus petitioni per eundem Patriarcham Nobis porrectæ, qua postulaverat, ut ad satisfaciendum pietati Sacerdotum, & multiplicibus Fidelium Oblationibus, prædictum Ritum antiquitate commendatum immutari permitteremus, & in Ecclesiis Libani, & Anti-Libani plures Missas eodem die super eodem Altari offerendi Sacerdotibus fieret potestas; ac præterea in Feriis Quadragesima (quo tempore, exceptis diebus Sabbati, & Dominicæ, nonnisi Praefanficatum Missa in Græcis Ecclesiis celebratur) integrum Sacrificium peragendi facultatem concederemus. Quibus de rebus veteres Ecclesiæ Græcæ Rubricas omninò servari, earumque executionem Sacerdotibus inculcari mandamus; eliminata tamen ab opinione vulgi inepta credulitate, qua nonnulli arbitrari dicuntur, Sacerdotem utentem indumentis, & supellectilibus, quibus alius Sacerdos eodem die usus est, jejunii observantiam infringere.

§. 9. Permittimus tamen, juxta Decretum latum die 31. Martii 1729. ab aliquibus ex Ven. Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus negotiis Progagandæ Fidei præpositis, ut alia Altaria in loco Ecclesiæ apto erigi possint. Si autem Altarium numerus Celebrantium, & Offerentium multitudini non respondeat, liceat pluribus Sacerdotibus, ubi hujusmodi consuetudo viget, super eodem Altari unicum Episcopo, vel alio Sacerdote Sacrificium peragente, conceleberrare; ita tamen, ut sacris vestibus more

Celebrantium induti, unusquisque totam Liturgiam integrè recitet, & verba Consecrationis proferat, perinde ac si Sacrosanctum Sacrificium singulatum conficeret.

§. 10. Hujusmodi autem Sacrificium singuli Sacerdotes juxta mentem eorum, qui voluntarias oblationes exhibent, licitè valeant applicare. Quod si secundæ, & posteriores Oblationes pro ejusdem Sacrificii applicatione superaddantur, Sacerdos, qui eas receperit, semper teneatur monere Fideles posteriore loco offerentes, de aliis oblationibus ad eundem finem acceptis; & nisi iidem Offerentes unica Missæ celebratione se voti composites fore declarent, sciat se unico Sacrificio plurium voluntati minimè satisfacturum. Eorum verò mentem, qui pro Sacrificio obtulerunt, nunquam à Sacerdotibus impletum iri declaramus per solam adjectionem Particularium, & commemorationem, quæ in Panis præparatione ante Missæ Sacrificium fieri solet: cum omninò necessaria sit integra concelebratio; nisi de eorumdem Offerentium voluntate aliter fiat.

§. 11. Ut autem à Sacerdotibus Græco-Melchitis in Sacris Mysteriis peragendis una, & eadem coremoniarum ratio, iidemque Ritus serventur, & ne aliqua sensim in iisdem obrepant difformitas, mandavimus Typis Congregationis de Propaganda Fide imprimi Missale ad usum illorum Ecclesiæ, juxta Rubricas remotissima antiquitate firmatas; quod, absoluta editione sacrorum Librorum Ritus Coptici, qui sub prælo sunt, incessanter impleri curabimus.

§. 12. Quod verò atinet ad prædictorum Venerabilium Fratrum, Patriarchæ Antiocheni, & Episcoporum Græco-Melchitarum Jurisdictionem, cujus conservatio magno perè Nobis cordi esse debet: non sine magno animi Nostrî dolore accepimus, nonnullos Episcopos Maronitas, prædictorum jura sibi asserentes, in illorum subditos Jurisdictionem sibi nequam competentem sæpè, ut aseritur, exercuisse; absolvendo eos, qui Ecclesiasticis Censuris à propriis Pastoribus innodati fuerant; dispensationes Matrimoniales concedendo in gradibus, & circumstantiis à Ritibus Græcis minimè permittis; dispensando etiam cum Monachis Græco-Melchitis super Votis Religiosis; subditos denique Antiocheni Patriarchæ ad Maroniticum Ritum amplectendum variis artibus attrahendo. Quæ omnia, & singula à dictis Episcopis, ut fertur, peracta, jam per se nulla, & Pontificio, Canonicoque jure damnata, ne, in aliena Jurisdictione perturbationem, & simultatum, ac discordiarum fomentum, iterum renovari contingat, supremâ, quam Jesus Christus Princeps Pastorum Beato Petro Apostolo, Nobisque hujus Successoribus, in Ecclesia Catholica tribuit potestate, omnibus, & singulis Maronitarum Episcopis, ipsique Patriarchæ Nationis Maronitarum, eorumque Successoribus in perpetuum, in virtute sanctæ obedientiæ, quatenus Nobis exposita veritate nitantur, præcipimus, ut ab hujusmodi imposterum abstineant; inhíbentes præterea, ne quocumque prætextu, aut obtentu, rebus spiritualibus Nationis Græco-Melchitarum, in iis, quæ spectant ad Jurisdictionem, & auctoritatem illius Patriarchæ, Episcoporum, & Parochorum, se ingerere audeant, aut eorum subditos transum à Græco ad Maroniticum Ritum suadere, vel eos, qui spontè transire velent, nisi fortè peculiaris à Romano Pontifice licentia interveniret, acceptare præsumant.

§. 13. Et quoniam intelleximus sæpè dictum Patriarcham Antiochenum, eique subiectos Episcopos, vereri, ne Missionarii Latini, quos, in eorumdem adiutorium & levamen, Apostolica Sedes in eas regiones mittere, nec sine gravi incommodo, magnisque sumptibus illic

1743. De applicatione Sacrificii.

De applicatione Sacrificii.

Particularium adjectio, cum commemorat. ante Missam, Sacrificii rationem habere nequit.

In Liturgia uniformitas servanda.

De jurisdictione Melchitarum multis modis à Maronitis turbata.

Quibus præcipitur, ut ab hujusmodi abstineant.

Neque Græcos Melchitos ad Rit. Maronitar. attrahant.

Item Missionariis Latinis, ne prædictorum jurisdictionem perturbent.

substantare

Soli Minoritæ curam animarum exercent in absentia Parochi Græci.

Guardianus Terræ Sanctæ Confirmationem Græcis ministrat dumtaxat in absentia Episcopi Græci.

Græci ad Latinum Riturum non attrahendi.

LATINIZANTES semel profiteri debeant quo Ritu vivere velint.

Eorum Filii Parentum Riturum sequantur.

Græci Latino Ritu in posterum baptizati, Græcum Riturum servare teneantur.

Diffensiones super præmissis inter Missionarios extinguendæ.

substentare consuevit, utendo facultatibus sibi concessis, eorum Jurisdictioni præjudicium inferant, & numerum subditorum imminuant; volentes etiam in hac parte eorumdem indemnitati consulere, ac libero propria auctoritatis exercitio prospicere, statum primò, & declaramus, licere tantummodò Fratris Ordinis Minorum Sancti Francisci Custodiæ Terræ Sanctæ, Parochialia munia obire circa Græcos Melchitas, eisque Sacramenta administrare, in iis locorum & temporum circumstantiis, quibus omninò deficiat modus habendi Parochum, aut alium Antifitem Græci Ritus: Quo casu prædicti Fratres emolumenta legitimo jure debita percipere licitè valeant, & à Jurisdictione Antiocheni Patriarchæ nullatenus ipsi dependeat; sed huic dumtaxat petenti teneantur singulis annis notulam tradere Animarum Græci Ritus in ea Civitate, seu loco existentium, utpotè quæ in reliquis eidem Patriarchæ omninò subesse intelligantur. Curet autem Patriarcha pro sui muneris implemento, ut ubicumque opus fuerit, Catholici Parochi copia suppetat, à quo præfati Græci-Melchitæ Sacramenta Græco Ritu recipere queant.

§. 14. Sacramentum verò Confirmationis à Patre Guardiano Terræ Sanctæ, in Civitate Hierosolymitana, & in iis locis, ubi Episcopus Græcus Catholicus jure suo, & in propria Diocesi non resideat, conferri posse sub conditione Græcis à simplici Sacerdote Confirmari, ac spontè ab eodem confirmari perentibus. Ubi verò sit Episcopus Catholicus residens, hujusmodi Sacramentum non conferat, nisi de ejusdem Episcopi consensu; eo autem dissentiente, abstinat.

§. 15. Præterea omnibus, & singulis Melchitis Catholicis Græcum Riturum servantibus, ad Latinum Riturum transire deinceps expressè vetamus. Missionariis verò omnibus districtè mandamus, sub penis etiam infra exprimendis, ac aliisque arbitrio Nostro decernendis, ne cuiquam ex illis hujusmodi transitum à Græco ad Latinum Riturum studere præsumant, aut etiam cupientibus, inconsulta Apostolica Sede, permittant.

§. 16. De iis autem, quos Latinizantes appellant, nimirum, qui à Græcis Parentibus progeneriti, deficientibus Græcis Sacerdotibus, Latino Ritu à Latinis ad hunc diem baptizati fuerunt, cumque Riturum hæcenus tenuerunt: quorum magnus numerus Damascei inveniri perhibetur, neque satis hucusque definitum fuit, cui potissimum Riturum addicendum esse deberent: statuimus, & declaramus, ut coram Persona à Nobis deputanda semel profiteri debeant in quo Ritu vivere malint; in eoque imposterum, omni variandi facultate adempta, perseverare teneantur.

§. 17. Filii verò, qui ab hujusmodi Parentibus post emissam ab illis prædictam declarationem nascentur, necnon ii, qui jam nati sunt, sed nondum ad usum rationis pervenerunt; sequantur conditionem Parentum, si Conjuges unum eundemque Riturum elegerint; sin minus, Patris Riturum sequantur.

§. 18. Ceterum si quos imposterum Græcos, necessitate cogente, ob defectum Parochi Catholici Ritus Græci, Baptismum, aut alia Sacramenta à Latino Presbytero recipere eveniat; illi non ideo censendi erunt Latinum Riturum suscepisse; sed, omni dubitatione sublata, Riturum Græcum, in quo orti sunt, observare teneantur. Et cum quidem, durante prædicta necessitate, in omnibus rebus, quibus possunt, & præcipuè in juniorum observatione, retineant; in reliquis verò integrè resumant, & prosequantur, statim ac Episcopus, aut Parochus Græcus supervenerint.

§. 19. Ad præcidendas denique controversias omnes, quæ super hujusmodi questionibus oriri solent, etiam inter ipsos Missionarios, propter diversas eorum sententias, atque doctrinas;

utque omnis contentio inter Fideles inde promanans penitus extinguatur; expressè præcipimus Missionariis cujuscumque Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, ut solliciti sint super his omnibus servare unitatem spiritus, & doctrinæ; quod quidem, nostris hæc decretis, aliisque de Ritibus Græcorum in partibus Orientalibus observandis aliàs à Sede Apostolica editis, fideliter obtemperantes, facili consequentur. Curent præterea, ut omnia laudabilia Ecclesiæ Græcæ instituta ab antiqua Patrum traditione derivata, & Apostolica comprobatione firmata, in suo vigore permaneant, atque à Fidelibus illius Nationis integrè executioni tradantur; neque aliquid iisdem suggerere, aut suadere audeant, quod illorum contemptum, atque imminutionem inducere possit; multoque minus auctoritate propria aliquid circa illa innovare, aut etiam super iisdem aliquam dispensationem concedere, vel admittere præsumant. Alioquin, præter districtam, quam Deo, Nobis, suisque Superioribus (quos de urgenda hujus Decreti observantia peculiariter oneramus) rationem reddent, sciant se harum Litterarum vigore privationem vocis activæ, & passivæ, & inhabilitationem ad quemcumque gradum, & officium in suis respectivè Ordinibus, Institutis, & Congregationibus, ipso facto incursum.

§. 20. Demùm, quod attinet ad Regularem Monachorum disciplinam, decernimus, ut Monachi utriusque Congregationis sub invocatione respectivè Sanctissimi Salvatoris, & Sancti Joannis, observent regulam genuinam Sancti Basilii, eis tradendam à Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus negotiis Propagandæ Fidei præpositis: Abstineantque ab usu carniùm in sensu prædictæ Regulæ. Utriusque autem prædictæ Congregationis, sive alterius cujuscumque Instituti Monachos immediatè subesse jubemus Episcopis Ordinariis Catholicis, & mediatè Patriarchæ pariter Catholico. At in Diocesis, in quibus non est Catholicus Antistes, Patriarchæ Catholico immediatè subiaceant.

§. 21. Nullius verò generis Libros, aut folia, sine prævia approbatione, & licentia Episcopi Diocesani, & Patriarchæ prædictorum edere possint; atque insuper nullum de rebus sacris Librum, aut folium publici juris faciant, inconsulta Sede Apostolica. Quod si novas Librorum sacrorum ab eadem Sancta Sede jam probatorum Editiones fieri contingat; onus erit Patriarchæ, & Episcoporum Catholicorum, inspiciere, ne ulla in re discordant ab Editionibus approbatis.

§. 22. Monasterium porrò Monialium in Kestruano erectum à Græco-Melchitis, pro Puellis suæ Nationis, & Ritus, ante omnia declaramus eidem Græco-Melchitarum Nationi jure proprietatis acquisitum esse; itaut Puellæ alterius cujuscumque Ritus, & Nationis nullatenus quacumque de causa in eodem deinceps admitti possint; sublata cuicumque, etiam Patriarchæ, atque Episcopis, super hoc dispensandi facultate.

§. 23. Insuper prædictum Monasterium, & Moniales sub protectione Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Congregationis de Propaganda Fide recipimus; illius verò, seu illarum regimen, tum spirituale, tum temporale, ad Monachos Congregationis Sancti Joannis de Soairo spectare decernimus, cum immediata subjectione Episcopo Ordinario, & mediata Patriarchæ Græco-Melchitarum Antiocheno; qui etiam immediatam super eo, & illis auctoritatem acquirere debeat, quotiescumque futuris temporibus non adesset Episcopus Orthodoxus illius Sedis: Quatenus verò (quod Deus avertat) neuter esset Catholicus, per id tantum temporis, & donec alteruter Catholicus supervenerit, prædictum Monasterium

Eisdem commendatur conservatio Rituum Ecclesiæ Græcæ.

Et innovationes, ac dispensationes super illis inhihentur, sub penis &c.

Monachi subijciuntur Regulæ S. Basilii, & jurisdictioni Ordinarii.

Præsertim quoad Librorum editiones.

Monasterium Monialium in Kestruano existens, foliis Puellis Græco-Melchitis pateat.

Ejus gubernium ad Monachos S. Joannis pertinet, sub jurisdictione Ordinarii, tamquam Sedis Apostolicæ Delegati &c.

De eisdem
Confessariis
ordinariis,
& extraor-
dinariis.

Regula simi-
liter S. Basi-
lii à Monia-
libus ser-
vanda.

Cum facul-
tate conden-
di Constitu-
tiones à San-
cta Sede ap-
probandas.

Cura Ponti-
ficis pro con-
servanda Ec-
clesiæ Græcæ
disciplina,
& Episcoporum
auctori-
tate.

Præceptum
de observan-
dis præmissis
Decretis.

Dat. die 24.
Dec. 1743.

immediatè subiaceat Abbati Generali præfate
Congregationis Sancti Joannis, tamquam De-
legato Sedis Apostolicæ.

§. 24. Confessarius Ordinarius Monialium
prædicti Monasterii, sit Monachus professus dic-
tæ Congregationis Sancti Joannis, quem scienti-
æ, pietatis, ac prudentiæ commendatione ab
ipso Abbate Generali delectum, & præsentatum,
Episcopus Diocæsanus probaverit: Idemque
statuimus de Confessario extraordinario, quem
idem Abbas Generalis ter in Anno, & quancumque
necessitas urgeat, ad audiendas dictarum
Monialium Confessiones valeat deputare. Facta
insuper prædicto Episcopo potestate, quatenus
id expedire putaverit, alium quemcumque
Sacerdotem Regularem, etiam alterius
Instituti, & Ritus Latini, vel etiam sæcularem
eiusdem Ritus, in Confessarium extraordinarium
dictis Monialibus deputandi.

§. 25. Non aliam verò Regulam à prædictis
Monialibus servandam statuimus, quam genuinam
illam Sancti Basilii, quam Monachis tradendam,
supra significavimus. Cui quidem Regule, si tam
supradicti Monachi, quam mox enunciata
Moniales, aliquas peculiariæ Constitutiones
addere velint, quæ nec eisdem Regule
observantiæ, neque Græcis Ritibus adven-
sentur, eas ad Congregationem de Propaganda
Fide prius cognoscendas, & si opus fuerit
corrigendas, Nobisque auctoritate Apostolica
confirmandas exhibere teneantur.

§. 26. In omnibus hæc Decretis, Venerabiles
Fratres, quæ, prævio maturo examine, ut supra
diximus, auditoque consilio Venerabilium
Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalium, aliorumque præstantium integritate,
ac doctrina Virorum, statuenda, edenda, ac
Vobis denuncianda esse iudicavimus, minime
dubitamus, quin agnoscat, nihil aliud Nobis
propositum fuisse, quam ut & Venerabiles
Ecclesiæ Græcæ Ritus, ac mores in suo vigore
persistant, & debita Vobis à populis obedientia,
vestraque simul in eos auctoritas, & Jurisdic-
tio, facta recta servetur. Quorum utrumque
ex una, eademque animi, ac iudicii æqualitate
proficiscitur; per quam & varias Ecclesiæ
Institutiones & consuetudines iusta æstima-
tione pensantes, unum illud ad animarum
salutem omnino necessarium in votis habemus;
ut scilicet omnes, qui ubique Terrarum Catho-
lico censentur nomine, unico Fidei, atque unitatis
vinculo teneantur: Et supremam hujus Sanctæ
Sedis auctoritatem, qua super alias Divina
institutione præminet, ad promovendam
omnium Ecclesiæ utilitatem solummodo interponen-
tes; de cætero Fraternalibus Vestris intacta
manere volumus jura omnia, ac privilegia, &
liberum Jurisdictionis vestræ exercitium, ad
regendas Oves vestræ fidei commissas, easque
per semitas mandatorum Dei ad salutis æternæ
metam, adjuvante Divina Gratia, dirigendas.
Hinc est, quod & hujusmodi Decreta libenter
à Vobis, & cum debita devotione, atque
observantia, suscipienda & amplectenda fore
confidimus. Et nihilominus auctoritate Nostra
Vobis mandamus atque præcipimus, ut ea omnia
& singula servetis & ab aliis, ad quos
attinet, executioni mandari, atque exactissime
observari curetis. Et Apostolicam Benedic-
tionem Fraternalitibus Vestris ex animo impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die
xxiv. Decembris MDCCXLIII. Pontificatus
Nostræ Anno Quarto.

Constitutio contra Homicidas à Clemente XII.
edita pro Ditione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,
extenditur ad loca Domini Reipublicæ
Luceanæ, in his quæ pertinent ad Immunitatem
personalem, & localem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALIAS fel. rec. Clementis PP. XII. Præ-
cessor Noster per suas sub Plumbo
editas literas, nempe iv. Kal. Februarii anno
Incarnationis Dominicæ MDCCXXIV. Pontificatus
sui Anno Quinto, ad compescenda, & coër-
cenda, atque ab hac Alma Urbe, totaque in
temporali S. R. E. ditione penitus avertenda &
eliminanda. Homicidia, quæ à viris sanguinum,
divini, humanique juris oblitis, incredibili cum
immanitate in dies magis magisque increbescen-
te, sæpissime patrari, non sine gravissimo pater-
ni animi sui dolore ac mærore, inaudiverat;
Constitutionem, quæ incipit: *In Supremo Jus-
suetudine Solio*, promulgavit, in qua, postquam
omnes, & singulas Constitutiones à fel. ite-
dem rec. Pio II., Paulo II., Sixto IV.,
Julio II., Leone X., Julio III., Pio IV.,
Pio V., Gregorio XIII., Sixto V., Gregorio
XIV., Clemente VIII., Innocentio XI., Inno-
centio XII., ac Benedicto XIII., & quibusvis
aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter
Nostris, tunc suis, adversus Homicidas sa-
luberrimè editas, approbavit, confirmavit, &
innovavit, illasque adverbis quemcumque non
usum, seu contrarium usum, qui quovis modo
præterendi, vel allegari potuisset, restituit, &
plene reintegravit, quæ deinceps omnino
& inviolabiliter observari præcepit, & manda-
vit; inter cætera in eadem Constitutione con-
tenta, hæc præscripta erant, tenoris, qui se-
quitur.

§. 1. Et quoniam experimento compertum est,
administrationem, ac cursum rectorum, & expeditæ
Justitiæ, qua Reipublica salus præcipue innititur,
summo periculis obstruari, vel ab excessivo numero
privilegiatorum, vulgariter Patentati nuncupatorum,
vel à minus recta intelligentia privilegiorum con-
cessorum; proinde, salvis, firmisque remanentibus
decretis, & resolutionibus, quæ temporibus
fel. pariter rec. Urbani PP. VIII., & dictorum
Innocentii XI., & Innocentii XII. Prædecessorum,
aut alias quancumque ea super re emanarunt,
volumus quod privilegium Fori nemini quorumcumque
Privilegiatorum hujusmodi, tam in Urbe,
quam in reliquo Statu Ecclesiastico prædictis,
(Officialibus, aliisque privilegiatis à Congregatione
pro tempore existentium eisdem S. R. E. Cardinalium
contra hæreticam pravitatem generalium
Inquisitorum, ac Ministris necessariis actu infer-
vientibus Archiepiscopis, Episcopis, ac Ordinariis
prædictis, eorumque Curis, dumtaxat exceptis)
pro crimine Homicidii suffragentur; sed dicti
Privilegiati, quatenus Clericali Characterè insigniti,
Ecclesiasticæ; & quatenus laici fuerint, seculari
jurisdictioni subiaceant: Reservantes Nobis
facultatem declarandi, quinam, quoque esse debeant
veri Familiæ dictorum Archiepiscoporum, Episcoporum,
& Ordinariorum, ac Officialium necessariis,
Curis Ecclesiasticis verum, & actuale servitium
præstantes.

§. 2. Insuper quia ex illis etiam, qui in
fortem Domini vocati sunt, quique aliis irreprehensibilis,
& ab omni culpa, & macula immunis vita,
ac virtutum exemplo præluere deberent, aliqui
interdum reperiuntur adeo sue vocationis immemores,
ut impellente humani generis hoste, pluribus etiam
Homicidiis manus suas cruentare non perhorrescant;

Clemens XII. confir-
matis Præ-
decessorum
sanctionibus
contra Ho-
micidas, sta-
tuit, ut in-
fira.

Privilegiatis
non suffragari
Privile-
gium Fori in
causis Homicidii.

Exceptis Of-
ficialibus & Fa-
miliaribus &
Privilegiatis
à S. Officio,
& ab Ordina-
riis, eorumque
Curis.

Quorum nu-
merus, &
qualitates
Summo Pon-
tifici præsi-
cienda re-
servantur.

Clericos
Tonstratos
non Benefi-
ciatos, pro-
duobus Ho-
micidiis, pri-
vilegio Fori,
& Canonis
privandos.

Nos